aut turmas vocat. Ingressus ergo civitatem
circa sancti albani monasterium hospitium petens
hominibus suis statim propter pabula et victualia
mercatum missis, ipse super sedile se lassus ut
paulisper quiesceret locavit. Erant autem dies
vindemie quibus fratres ad obedientias dimissi
sunt provincias. Et ecce primo signo ad vesperas
pulsato circator fratres collecturus asino pro
religione insidens hostio domus hospitii
iam dicti quasi aliquem et ibi quesiturus
appropiat. Latenter autem sic matrina sua domi
sit sciscitando domum inequitat. At illa de
camera egressa salutans compatrem hospitem
illum dormire putans obtulit viro mustum.
Quo ille impigre hausto vaseque reddito
mammam femine titillat assentientis. Hospes
vero viso facinore exilit, illum scelestum
inclamitans, cornibus apprehensum in terramque deiecit.
Flagello quo ad equum usus est adhuc manu
habito acriter hominem cedit. Addiciens: Hoc
inquit tibi sanctus gallus sancti albani fratri dedit. Ille vero
cuius peccatum sit tristis et passus, timidus tamen
sui venia petita uti se celatum habere vellet
hominem rogat. Hospes illi: ne modo aditias
pretium precio quantum in me est bene celaberis.
¶ Intimatur abbati fratrem de sancto gallo ante portam
hospitari. Vocatur in claustrum. Non sciscitati
agnoscunt hominem diu fama vulgatum. Cari
tativeque tractato: ipsi exhibebant martham.
Ille autem papa = sibi exhibebat mariam.
Rogaturque ibi morari usque dum thronum
dei in brathea altaris aurea cel
aret. Cuius simile anaglipha raro usque
hodie videre est altera in circulo scribens
hunc versum: Terre polo potior solis traque stabe
llo. Cum autem ibi aliquantum tardasset non celatum
est expertum quid de foris egerit. Rogatus
dicere fratres inquit ibi indisciplinatum vidi quem
ut ferire flagellum levans intentavi. Quod illi
et mihi indultum quidem rogo. Sic ille fidei me
mor veritati parcens non tamen mentitus est.
¶ Dixerat autem de illo unum aliquid quod quamvis
monachi non fuit propter naturam tamen hominis dicere
volo. Ibat aliquando per silvam latronibus aptam
duobus suis comitatus, uno scutato cum lancea
alto sine. Et ecce a duobus audacissimis in
vasus, ambos istos utrique suum equos deiecerat.
Interea ille utroque in spolio occupato robur
quoddam validum circumspectum arripuit et te
rrore magno minax super illos venit. At
illi videntes hominem forti assimilem spolia
omittunt, scuta dorso reiecta contra illum
vergunt. Lanceisque id est latronum prescuritate
procul abiectas suos citissime rapere posse
iussit et ut se defenderent acriter viris commonuit.

Quas cum deiecti celeres rapuerint tanti
ducis violencia minime se preteriti posse vi
dentes hostes abes exarmati divertunt.
Sic ipsi lancea etiam sua levata ut si illi re
verterentur domino eam daret silvam imperteriti
transeunt. ¶ Notkerus autem spiritualiter ut diximus
fortis quantum titilo in homines tantum ipse valuit
in demones. Alias autem corpore ut ieiunans
et vigilans tener ut diximus et macer. Acci
dit autem ut quadam nocte in ecclesia perveniens
in maturitate altariaque circuiens ut solebat
clamaret. Incepta vero venies xii psalmorum
sicque columbam acriores de post aram oculi
eius cum deducerent lacrimas, quem canem audierat
mussitantem. Cumque interea suis voce grunnie
ntis mixta sentiret, intellexit temptatorem
esse. Ne tu inquit iterum ibi quam bene miser contingit
non mussitanti et grunnienti pro gloriosas
voces illas quas in celis habuisti. Attensoque
lumine quo angulo lateret conspicit. Ille vero
sinistro angulo appropiante tamquam canis rabidus
vestibus laceret. Eya inquit ille servitium tuum
foris cripta satagere habes. Neque enim
pene ille valent quas ut aiunt iam pateris.
atrocius tibi aliquid paraturus sum. Precipio tibi
autem in nomine istorum sanctorum et domini mei ut me
in eodem quo nunc indutus es canino corpore
experteris. Et ille faciam inquit si volo. Et not
kerus velocius abiens. Confido autem in domino
quia velis nolis me expectabis. Et festin
anto autem aram sancti galli adiens cambotam
suam et magistri eius multarum virtutum operatr
icem sphera illa sancte crucis notissima rapuit.
et in introitu cripte dextero sphera posita
cum baculo sinistrorsum caninum illum aggressus
est dyabolum. Cum autem illum baculo sancto cedere
cepisset, voces suas antiquas aliasque gran
nitu edidit et grunnitu. Tandem vero cum
ad speram sanctissimam cedendo cedente fugiens
venisset ultra iam progredi non valens consti
tit. Et tot iam ictus et incussiones ferre non
sustinens barbarice clamans owe mir
owe vociferavit. At interea editus cum bas
ilicam intrasset vocesque horridas audisset
lumine velox in manibus suscepit et ad criptam
accelleravit. At ille cum ei ictum ultimum
fecisset baculum sanctum in locis confregit. Et nisi
editus speram videns allevasset canemque sic
abire permisisset adhuc eum cedere habuisset.
Editus vero baculo inspecto attonitus: Bacu
lum ne sanctum domine mi in cane fedasti? Illo co
tirente addidit: Quis nam iste erat inquit
qui owe vociferavit? Putans quod illum propri
etate furem aliquem celare iuvit in pedes
per totam ecclesiam furem comprehendere cupiens.
Sed cum neque furem inveniret neque canem.

De dicto notkero